



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 50. Palatinus Elector apud Cæsarem de hac electione questus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI. A.C. 1583 Archiepiscopum eligebatur, qui ceteris omnibus, imo ipsi etiam Friderico Saxoni ad hanc dignitatem adspiranti præpositus est, quia in præsentis rerum vicissitudine Ecclesiæ necessitas Electorem divitiis, ac potentia conspicuum, deposceret, qualis erat Ernestus materna linea ex augustissima Domu Austriaca descendens.

§. L.

Palatinus Elector apud Cæsarem de hac electione questus.

Palatinus Elector hanc electionem indignatus acriter apud Cæsarem que- rebatur, eoquod sua indulgentia Pontificis sententiam in Truchsesium latam confirmasset, quamvis ea, prout ipse calumniabatur, in Imperio ad Cæsareæ, aliorumque Principum, & Ordinum dignitatis imminutionem, & contemptum tenderet. Postea Cæsari exprobrabat, quod permisisset, ut Pontifex falcem in alienam messem immitteret, & indicta causa membrum ex clarissimo Septemvirorum Collegio sua dignitate spoliare posset. Ad hæc idem Elector Cæsari ista exponebat: „Id „paucorum conjuratione factum est, „quod nunc, proh dolor! Cæsaris aucto- „ritate perniciosissimo in posterum exem- „plo confirmatur: interea Pontifex „Roma-

„Romanus tanquam ex altissima spe-
 „cula cædes, & Germanorum effusum
 „cruorem, prout nuper in Sanguineo Pa-
 „risiorum balneo fecit, spectabit:„ His
 proterve prolatis demum orabat Cæsa-
 rem, ut Pontificis conatibus obviam
 eat, neque suis temporibus Germanos
 libertatis suæ jacturam facere, aut vim
 a Papa Augustanæ confessionis Sociis,
 eorumque conscientis afferri patiatur.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1583.

Transmissis hisce prorsus indignis
 ad Cæsarem literis Elector suas copias
 die nona Junii præmisit, interea Casi-
 miri Principis Fratris sui militem præ-
 stolatus, cui tamen Cæsar die vige-
 sima septima Junii datis literis præce-
 pit, ut nulla mora ab incæpto consilio
 desisteret, cum ejusmodi ausus non
 modo Imperii Constitutionibus, sed e-
 tiam fidei a semetipso scriptotenus datæ
 adversaretur, proin quantocius copias
 a se collectas dimitteret: verum Casi-
 mirus hæc Cæsaris mandata flocci ha-
 bebat.

§. LI.

*Quidam Canonici Colonienses a Nun-
 tio comparere jussi.*

Tertia post electionem die novus Ar-
 chiepiscopus Colonia magno comi-
 tatu exiit, ac primo Bruelam profectus,
 ibi, ac in ceteris ditionis suæ locis ritu
 solemni

Thuan. l. 78.
 Spond. n. 6.
 Iffelt hist.
 belli Colon.